



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

§.III. Die Casselische Gesandten nehmen solche gleichfalls nicht an; werden darunter von den Cronen secundiret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52129)

1647. Conventionis & declarationis, cum omnibus Immunitatibus, Juribus, Pri- 1647.
Febr. vilegiis & gratiis, inde cæteris quoque Imperii Ordinibus competentibus. Febr.

5) Ad quintum, confirmabit Imperator Confraternitatem & Unionem inter Domum Saxoniam & Hassicam, tum & Brandenburgicam, nec non Pacta Primogenituræ, & quæ cum Domo Hanovica inita dicuntur: modo Sacra Cæsarea Majestas de Interessatorum consensu cum debita reverentia hoc nomine adeatur.

II. Quæ deinde Postulata, ad res & controversias Domus Cassellanae cum singularibus Imperii Principibus & Statibus intercedentes, pertinent; Cæsareani declarant, circa causam *Successionis Marburgensis & Comitum Waldecensium*, Cæsaream Majestatem, jus Partibus, Sententiis publicè latis ac juratis Transactionibus acquisitum, absque manifesta justitiæ læsione, nec auferre, nec etiam quidquam nisi de Partium libero consensu, statuere posse. Si tamen ad condiciones hoc nomine seorsim propositas in amicabilem cum Darmstadinis transire velint Transactionem Castellani, non gravabuntur Cæsareani, boni publici & amicitiae inter utramque Domum reconciliandæ causa, etiam suas interponere partes. Quod vero ad terras & pecunias, quas à Dominis Electoribus Moguntino & Colonensi; itemque Abbate Fuldenfi sibi cedi postulat Domus Cassellana; cum hujusmodi postulationes nullo plane jure nitantur, & Amnestiæ inter universos Imperii Ordines sancitæ, imo Paci Religiosæ Anno 1555. erectæ (in cujus participationem Domus Cassellana suscipi postulat) è diametro contrariæ sint; ideo Cæsarea Majestas reclamantibus dictis Dominis Electoribus & Principibus, nulla ratione consentire potest, ut ejusmodi terræ ulterius, quocunque tandem modo, detineantur, multo vero minus, ut perpetua alienatio in Domum Cassellanam transferatur.

Si tamen Domus Cassellana, prout justitia requirit, terras in quinto Articulo enumeratas, suis pristinis possessoribus restituat; Imperator permittit, ut dicta Domus supradictam Abbatiam Hirsfeldensem, salvis iis, quæ in compositione Gravaminum de ejusmodi bonis Ecclesiasticis convenientur (quævis alias Domus Hasso-Cassellana non plus juris, quam Domus Darmstadi- na aut quivis alius Augustanæ Confessionis Status in eam habet) sibi retineat, cum omnibus appertinentiis, in perpetuum.

Præterea permittit Imperator de consensu eorum, quorum interest, ut jura, quæ ratione Directi Domini in quasdam Comitatus Schaumburgensis Præfecturas, nimirum Rotenburg, Arnsburg & Hagenburg, Episcopatus Mindanus habet, transeant per cessionem in Domum Cassellanam. Denique etsi militi Hasso-Cassellano plane nulla debeat satisfactio, quin imo eo nomine Statibus per Westphaliam, præfidiis talibus oppressis, justa repetundarum actio competeret; tamen Imperator consentit, ut pro meliori pacis publicæ stabilimento, Landgraviæ pro omnibus reliquis prætensionibus ex locis contributioni ejus suppositis, semel pro semper pendantur ducenta thalerorum Imperialium millia, tempore, loco, modis & conditionibus desuper conveniendis. Datum Osnabruck, d. 26. Februarii 1647.

§. III.

So waren auch die Hessen-Cassel- chen geschehenen Declaration ebenfalls
Die Cassel- sche Gesandten mit dieser der Kayserlis keinesweges zufrieden, sondern beharreten
Antwort. Bierdter Theil. h h auf

1647. auf ihren Postulatis und führten deswe- potentiarios, secundiret wurden, und 1647.
Febr. gen verschiedene Ursachen an, worinnen sie waren beyde Schrifften folgenden Inn- Febr.
von beyden Eronen, durch eine schrift- halts.
liche Antwort an die Kayserlichen Pleni-

so von beyden
Eronen sou-
tenirt wurde.

N. I.

Diſſat Oſnabrück d. 6. April.

1647.

Responsio Legatorum Hasso-Cassellanorum ad Declarationem Cesareanorum.

Quemadmodum Illustrissimi Cæsareani Domini Plenipotentiarii in principio Resolutionis ad Postulata Hassiaca, singulare pacis universalis promovendæ, ut & concordiæ in Illustrissima Domo Hassiaca reducendæ studium & zelum, laudabiliter contestati sunt: ita sancte affirmant Legati Hasso-Cassellani, quod Hassiaca Instructiones & intentiones ad nullum alium, quam hunc ipsum finem, mediis adæquatis, tendant. Quamvis autem Illustrissimorum Dominorum Plenipotentiariorum Resolutio, præter quorundam Articulorum præteritorum & heterogeneorum immixtionem, ejusmodi oblationes tam in Causa Marpurgenſi, quam in puncto indemnitate & satisfactionis Hassiacæ, contineat, quæ non solum à scopo præfixo nimis longe recedunt, sed etiam in spe dubia & incerta ratificationis Darmſtadinæ subsistunt, eamque ob causam Legati Hasso-Cassellani, prætermissa declaratione, causas postulatis prioribus pure inhærendi habeant urgentissimas; In honorem & respectum tamen Illustrissimorum Dominorum Cæsareanorum Plenipotentiariorum & melioris informationis gratia, pauca hæc subjungenda putarunt: Et quidem

1) Circa *Proœmium* & Articulum: *Hec Dominorum &c.* iniquum & naturæ Tractatum repugnare arbitrantur, ut Domus Hasso-Cassellana obligatorie tractet, Darmſtadinæ autem liberæ manus relinquatur. Ad speciem porro descendendo, cum Domino GEORGIO contra Domum Cassellanam nullæ, nedum ad aliquot Milliones competant actiones, vana erit illarum, tanquam non entis, remissio.

Nec 2) est in Domini GEORGII potestate, impedire, quo minus Linea Cassellanæ Confraternitatis aliaque jura Principibus Hassiæ competentia, confirmentur.

3) Dum ad expediendam causam Waldeccensem alia remedia supersint, non opus est, ut sublevamen Darmſtadinum tanti ematur.

4) Tenuis oblatio 20000 florenorum reddituum tantum abest, ut ad æquitatem & restitutionem postulatam accedat, ut potius confidant Legati Hasso-Cassellani, fore, ut Illustrissimi Domini Cæsareani Plenipotentiarii ipsimet inæqualitatem agnoscentes, hac oblatione rejecta, per æquiora compositionis & restitutionis media, Satisfactionem Domus Hasso-Cassellanæ sint promoturi.

5) Nihil juris habet Dominus GEORGIUS in Dynastia Smalkaldensi, attempto hoc, quod non solum sit pars ablatorum, sed quod etiam hypotheca prætenſa per compensationem, ex alio tamen non considerato fundamento, jam dudum expiraverit.

Dynastia Itterensis est itidem non solum pars ablatorum, sed non ascendunt etiam ejus redditus ad summam specificatam.

Quæ

1647.
Febr.

Quæ de assignatione reliqui, vicinitate locorum & Religione, nec non Sententia, Transactione & Cæsarea Confirmatione Art. 7. 8. 9. & 10. proponuntur, illa dependentia præsupposita ablatione; ista autem corridente, superfluum & plus spernere adhuc est, ante restitutionem his de rebus verba facere.

1647.
Febr.

II. Domus Hasso-Cassellana, quo minus futura Compositio Instrumento Pacis inferatur, & Domus Darmstadiua secuta reddatur, non refert. Proinde indubitata concipiunt fiduciam Legati Hasso-Cassellani, fore, ut Illustrissimi Domini Cæsareani Plenipotentiarum, consideratâ causæ æquitate, non solum nihil sint intermissuri, quo minus plenaria Restitutio tam terrarum & jurium ablatorum, quam fructuum perceptorum & percipiendorum sequatur, & obligationes Darmstadiuæ vix decimam quintam obligationum partem æquant, unâ cum conditionibus, Comites Isenburghenses & Solmenses tanquam tertios concernentibus, & huc non pertinentibus, rejiciantur; sed ut etiam Illorum Excellentie ad reliqua Postulata Hassiaca partim tacendo præterita, partim autem modificata ita animum suum ulterius sint declaraturæ, prout hoc æquitas & præfixus Pacis Universalis scopus requirit.

Quod autem *Idemificationem* & *Satisfactionem* Hassiacam, ratione irreparabilium damnorum & expensarum attinet; non vident Legati Hasso-Cassellani, quomodo Abbatia Hirsfeldensis, maxime cum ejus dimida pars, unâ cum Superioritate, Regalibus & omnibus pertinentiis, in temporalibus, ex antiquissimis temporibus, in Dominio Hassiaco; altera medietas autem, Abbatia, propriè dicta, ante multos annos, extincto Capitulo, Camera Hassiaca incorporata fuerit; in considerationem venire, aut additamentum 200000. Thalerorum Imperialium, postulatis æquisimis congruere possit, ut eam ob causam, vigore Instructionis expressæ, terris postulatis inhære, atque resolutionem desiderii Hassiacis convenientem expectare cogantur.

N. II.

Responsum Confederatarum Coronarum Legatorum ad Declarationem Cæsarearum, in puncto Satisfactionis Hasso-Cassellane.

Serenissimarum Confederatarum Coronarum Legati Plenipotentiarum, Resolutione, quam Illustrissimæ Legationi Cæsareanæ duplici scripto, ad Postulata Hasso-Cassellana hisce diebus exhibere libuit, perlectâ, reque cum Legatis Cassellanis desuper maturè communicatâ, subsequenti modo, secundum ordinem in illa observatum, respondere voluerunt: *Et quidem ad ea, quæ à Sacra Cæsara Majestate immediate dependent;*

1.) Acceptatur primo Amnestia: Ita tamen, ut Illustrissima Domus Hasso-Cassellana, & ejus Principes, horumque Officiales, Consiliiarii & Ministri, tam togati quam Militares, Status Provinciales, Vasalli, milites & subditi, omnes & singuli, nullo excepto, in genere & in specie, in universalem & illimitatam, nullisque causarum, temporis, personarum, bonorum, loci vel conditionis, restrictionibus circumscriptam, per hanc Pacificationem faciendam, & Pacis Instrumento inferendam Amnestiam, pleno jure suscipiantur, & in eum statum, in quo ante bellum Bohemicum fuerant, restituantur & restituti protegantur: Non obstantibus sed abolitis quibuscunque in contrarium, inter Germaniæ motus, sive judicialiter sive extrajudicialiter, contra dictam Domum emissis vel obtentis Mandatis, Decretis

Vierdter Theil.

§§ 2

cretis

1647.
Febr.

cretis, Sententiis, Confiscationibus, Declarationibus, Executionibus, nec non Pactis & Transactionibus, Confirmationibus, ut & Obligationibus belli occasione extortis. Contra Domus Hasso-Cassellana & Illustrissima Domina Landgravia, non solum in illis, quæ ad respectum, obedientiam & fidelitatem Cæsareæ Majestati & Imperio debitam spectant, nihil in se desiderari patietur, sed etiam loca occupata juxta Conventionem hic ineundam, prioribus Dominis restituere non recusabit.

1647.
Febr.

2.) Præsuppositis circa Amnestiam supradictis, Domus Hasso-Cassellana securitati suæ satis prospectum esse arbitratur, nec ulteriorem cautionem exigit.

3.) Acceptatur oblatio ratione Abbatia Hirsfeldensis facta, attamen eo jure & modo, quo reliqui Imperii Status Augustanæ Confessioni addicti, & in possessione constituti, ejusmodi bona Cameris suis incorporata hodie possident.

4.) Declaratio circa punctum Religionis facta, ita acceptatur, ut Domus Hasso-Cassellana, ut & supradicti ejus Vasalli & subditi, ratione dictæ Religionis ejusque liberrimi exercitii hæctenus in Hassia Inferiori usitati, Pace Religiosa Anno 1655, erecta, omnibusque ex ea provenientibus immunitatibus, juribus, Privilegiis & gratiis, reliquis Augustanæ Confessioni addictis Imperii Statibus competentibus, æquali jure plenarie gaudeant, & sine ulla exceptione aut turbatione in perpetuum secure utantur fruantur.

5.) Acceptatur oblata Imperatoria Confirmatio Confraternitatis & Unionis inter Domum Saxonicam & Hassiacam, tum & Brandenburgicam; nec non Pactorum Primogenituræ, & quæ cum Domo Hanovica inita sunt, dummodo ad Pacta Gentilitia Domus Hassiacæ, in Domini PHILIPPI Senioris Hassiæ Landgravii Testamento radicata & jurata, vulgo *der alte Erb-Vertrag des Fürstlichen Samt-Hauses Hessen*, extendatur. Ratione autem rejectæ clausulæ, consentum interessatorum concernentis, ulterior expectatur declaratio.

Causam Marpurgensem quod attinet: Legati Cassellani ad conditiones hoc nomine a Dominis Plenipotentariis Cæsareis seorsum propositas, in scripto separato animum explicuerunt, & licet ab eo recedendi causas non habeant, pacis tamen promovendæ studio, ita se ulterius declarant, quod si Dominus Landgravius Darmstadinus ad restitutionem non tantum Comitatus Inferioris *Catimelibocensis*, Dynastia *Smalkaldensis*, *Vimbstadii*, & *Academie* aliorumque Jurium ad successionem Marpurgensem planè non pertinentium, sed etiam omnium ditionum ex Testamento Marpurgensi in Judicio Austregarum Linia Hasso-Cassellana olim adjudicatarum, cum omnibus mobilibus & pertinentiis, consensum præbuerit, in eum eventum, Domus Cassellana dimidiam fructuum partem sit remissura; Sin minus, restitutioni plenariæ cum omni causa, inhæret Domus Hasso-Cassellana, in eaque obtinenda non minus Cæsareæ Majestatis & Imperii, quam Coronarum Confederatarum assistentiam sibi pollicetur.

Præteniones Waldeccenses cum causa Marpurgensi nihil commune habent, & quia non solum ad Amnestiam Generalem pertinent, sed etiam Domui Hasso-Cassellana per exceptiones tutæ, contra Comites Waldeccenses fundatissimæ competunt actiones: Ideo prioribus insunt Legati Cassellani, in arbitrio tamen Dominorum Comitum interea relinquunt, utrum acceptam Transactionem ex sua parte promovere velint.

Ratione

1647.
Febr.
April.

Ratione Indemnitatis & Satisfactionis a Liga Catholica præstandæ, inhærent Legati Cassellani vigore Instructionis, terris postulatis. Justitia enim hujus consistit in præbita a Ligisticis belli causa, damnis irreparabilibus, & incendiis nefandis deliberato animo & solo nocendi studio inflictis, quæ neque per Amnestiam, neque cum contributionibus hinc inde collectis, nullo modo compensari queunt, attento insuper hoc, quod Domus Hasso-Cassellana tot non exigui momenti territoria & loca restituat: nec etiam Pax Religiosa nec aliorum exempla, sive antiqua sive moderna, repugnent. Cæterum ut jura Episcopatus Mindani in quibusdam Comitatus Schaumburgici Præfecturis prætenfa in Domum Cassellanam per cessionem, transeant: ita acceptatur, si error in nominibus commissus corrigatur, & loco Præfecturarum Rotenburg, Arnshberg, & Hagenburg, quæ ad Domum Hasso-Cassellanam jure Directi Dominii sine ulla contradictione pertinent, quatuor Præfecturæ, Schaumburg, Bückenburg, Stadthagen & Sarenhagen surrogentur, & Juribus a dicto Episcopatu prætenfis in perpetuum renunciatur.

1647.
Febr.
April.

Satisfactio militie tanquam Articulus separatus, cum Satisfactione Hassiaca confundi nequit; ideo in hoc puncto prioribus inhærent Legati Cassellani, ta ut Militiæ Hassiacæ eodem modo, quo Suevicæ, secundum proportionem satisfiat.

Articulus ad Replicam Hasso-Cassellanorum Legatorum pertinens, a Legationis Suevicæ Secretario Cæsareis Plenipotentiaris seorsin exhibitus.

Quæ de nova Confessione, & quod Domus Hasso-Cassellana in participationem Pacis Religiosæ suscipi postulet, Illustrissimorum Dominorum Cæsareanorum Plenipotentiariorum resolutioni incidenter sunt inserta, cum partim perstringentia, partim verbis & menti Postulatorum Hassiacorum non omnino convenientia sint, nec ad Pacem promovendam pertineant, Legati Cassellani hæc quidem studio prætereunt; Jura tamen dictæ Religioni addictis Statibus hoc nomine competentia, per expressum reservare, officii sui esse judicârunt &c.

§. IV.

Der Hesses Darmstädtschen Gesandten eventual-Erklärung in der Marburgischen Successions-Sache.

Weil nun die Marburgische Successions-Sache, das wichtigste Stück bey dem Hesses-Casselschen Satisfactions-Punct außmachte, und nunmehr das Wort, bey Hesses-Darmstadt eigentlich war, wieweit dieses Hauß von seinen Gerechtfamen nachgeben wolte; so thaten zwar dessen Gesandte eine Eventual-Erklärung, sub N. I. welche von vielen vor sehr billig angesehen, von den Casselschen aber mit einer ganz kurzen Antwort zurück

gewiesen wurde: darauf dann Hesses-Darmstadt, durch ein umständlich Memoriale, N. II. cum adjunctis, worinnen das ganze Factum und die bisherigen Tractaten nebst denen nurbemerkten utrinque geschenehen Erklärungen, außführlich erzehlt und angefühet sind, auf den Congress brachte, allwo es per Dictaturam publicam am 6ten April folgender maassen beandt gemacht wurde:

Hesses-Darmstädtsche außführliche Vorstellung über diese Sache, bey dem Friedens-Congress.

Casselsche Antwort darauf.

Vierdter Theil.

§§§

N. I.